

sinū excipit Aethiopicū Libyę, & dein de oceano occidētali, qui occidētalissi mis Libyę et Europę adiacet partibus. Nulla ab occasu hodie terra incognita, sed occiden taliores Africę partes Caput album & Caput nigrum dicuntur, Oceano adiacentes.

A septentrionibus autē coniuncto sibi oceano, qui insulas cōpletebitur Britanicas necnō Europę Borealissima, appellaturq; Deucalidonus & Sarmaticus, ac etiā terra incognita, quę Borea lissimis magna Asia adiacet regionibus, Sarmatię & Scythię, & Sericę. Ex eorū quoribus uero, quę ab orbe excipiuntur habitabili, mare nostrū cū adnexis sibi sinibus, utpote sinu q iuxta Adriā est, Pelagūq; Aegeū, necnō Propontidem, pontū quoq; ac paludem Maeotim, per solum fretū Herculeū cū oceano cōmīscetur, pelagi angustias quasi Isthmū Chersonesi instar faciens. Hyrcanum uero mare, quod & Caspiū dicitur, undiq; terra cōcūdatur, insula quo ad continentem oppositum, simile. Similiter & mare, quod iuxta pelagus est Indicū, totū cum adiacentibus ei sinibus, tam iuxta sinū Arabicū, quām Persicū, necnon Gāgeticum, & eū qui propriè magnus uocatur sinus, undiq; à terra cōcūmabitur. Quapropter ex tribus continentibus, Asia adnectit Libyę, & per dorsum Arabię, q; mare nostrū à sinu segregat Arabico, & per terram incognitā, quę ab Indico alluitur pelago. Europę uero adnectit per dorsum, quod inter paludem est Maeotim, oceanūq; Sarmaticum, super Tanais amnis defluuiō. Libya uero ab Europa solū freto disiungit, per seipsum illi cohārēs minime, sed per Asiam omnino, quoniam illa utrīq; connectitur, ambāsq; per orientalē plagā attingit. Porro ex tribus illis continentibus, magnitudinē gratia, Asia est prima, secunda Libya, tertia Europa. similiter inter maria prædicta, quę à terra excipiuntur, rursus ob magnitudinem p̄imum est mare iuxta Indicū, pelagus, secundū nostrū, tertium Hyrcanū, quod & Caspiū. Preterea inter sinus insigniores, primus est

similiter & maior Gāgeticus, secundus Persicus, tertius uero Magnus, quartus Arabicus, quintus Aethiopicus, sextus Pōti, septimus Aegaei pelagi, octauus paludis Maeotidis, nonus Adriā, Decimus uero Propontidis. Ex insulis uero insignioribus & peninsulis, prima est Taprobane, secunda Albionis Britannorum, terra aurea Chersonesus, quarta Iuernia Britanicorū, quinta Peloponnesus, sexta Sicilia, septima Sardinia, octaua Cyrenus, quę & Corsica, nona Creta, decima Cyprus. Sanè meridionalē terrę cognitę finē terminat parallelus, qui equinoctiali est australior partibus 16. m. 26. qualit̄ est circulus maximus 360. Hodie usq; ad Caput bonae spei, quod est Africę continens 23. gradus latitudinis meridionalis numerantur. Totidē etiā partibus qui per Meroēn scribit, a quinnoctiali est septentrionalior. Septentrionalē uero finē terminat parallelus, qui equinoctiali est septentrionalior partibus 63. scribitur autē per Thylen insulam, ita ut latitudo terre cognitę partitū fiat 79. m. 26. aut integris gradibus 80. Stadijs uero quadraginta millib. ferē, ita ut pars una, seu gradus unus, quingenta contineat Stadia, quemadmodū ex diligētibus deprehēsum est dimensionibus. Totius uero ambitus cētum & octuaginta millia comprehendat stadia. Rursus orientalem finē terrę cognitę terminat meridianus scriptus per Sinanū meti opolim, distas ab eo, qui per Alexandriā scribit, orientē uerfus, super & quinnoctiali partibus 119. m. 30. octo aut̄ horis ferē & quinnoctialib. Occidentalē uero finē terminat ille qui per fortunas scribitur insulas, distāq; ab eo, qui per Alexandriā partibus 60. m. 30. horis aut̄ & quinnoctialibus quatuor. A semicirculo uero orientalissimo partib. 180. ac horis & quinnoctialibus 12. ita ut longitudo orbis cogniti esse colligatur, super parte quidem equinoctialis, stadiorū nonaginta millia. Super eo uero qui est australissimus octuaginta & sex milliū ac trecentorum et ferē triginta. At super eo qui est septentrionalissimus